



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXXV. Der Papst Innocenz IV. bestätigt dem Domcapitel seine Gerechtsame und Freiheiten, am 25. Juli 1245.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

suspensionis vel interdicti sententias promulgare aut interdicere tibi ingressum ecclesie valeat absque speciali mandato sedis ejusdem, faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Lugduni, XII. Cal. Aug., pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Originale. Gercken's Stifftsch. S. 463. — In Buchholz's Gesch. IV, Anh. S. 42, ist diese Urkunde dem Papste Innocenz III. zugeschrieben und daher vom Jahre 1200 datirt.

LXXIV. Der Papst Innocenz IV. gibt dem Bischof und Propst in Naumburg auf, das Bisthum und Domcapitel in Brandenburg zu schützen, am 21. Juli 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo et dilecto filio, preposito Nuemburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas sincere obsequentium vota fidelium favore benivolo prosequi consuevit et devotorum personas, quas in sua devotione promptas invenerit ferventes quibusdam titulis decentium decorare. Ut igitur ex speciali devotione, quam venerabilis frater noster, episcopus Brandenburgensis ad nos et Romanam ecclesiam habere dinoscitur, sentiet sibi favorem apostolicum non modicum accrevisse, auctoritate apostolica ei duximus indulgendum, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor vel etiam conservator auctoritate sedis apostolice vel legatorum ipsius in eum seu ecclesiam suam excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare aut ei ingressum ecclesie interdicere valeat absque speciali mandato sedis ejusdem faciente plenam de indulgentia hujusmodi mentionem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus non permittatis eundem episcopum seu dictam ecclesiam contra nostre concessionis tenorem super hiis ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni, XII. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Originale.

LXXV. Der Papst Innocenz IV. bestätigt dem Domcapitel seine Gerechtfame und Freiheiten, am 25. Juli 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis capitulo Brandenburgensi. — Dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus inclinati, libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus ecclesie vestre concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum ab imperatoribus, regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas juste ac pacifice obtinetis, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Datum Lugduni, VIII. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Originale.